Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 635
Quelle:
Copyright:

Constantium Augustum Liber Primus.

IV. et quidem *fol.* 122. p. 2. habetur *Liber. II. ejusdem ad eundem. quem & constantinopolim ipsi tradidit.* Parisina *col.* 1225. *Quem & Constantinopoli eidem ipse tradidit.* Principium: *Non sum nescius piissime imperator* &c. Terminus: *iuxta ista non dissonans. Explicit Liber. II. Hylarii ad constantium.*

V. et quidem *fol.* 124. *Incipit liber eiusdem aduersus arrianos uel auxentium mediolanensem. Dilectissimis fratribus in fide paterna manentibus* &c. Sub finem legitur *lacus* pro *lucus*, quod et Constantius contra *summum*, ut ait, *Mss. consensum* recepit. Ultima verba: *christum deum uerum predicabunt.* Adhaeret *Exemplum Blasphemię Auxentii. Beatissimis et gloriosissimis Imperatoribus ualentiniano & ualenti augustis* &c. In ambigua *Auxentii* confessione de Verbi divinitate desunt nobis voces *verum filium.* Hanc et *Hilarii* Librum repraesentat editio *Paris. a col.* 1263.

VI. et quidem a *fol.* 126. p. 2. habetur *Liber sancti Hylarii pictauiens. episcopi fidei Katholicę contra arrianos & preuaricationibus arriani adquiescentibus.* In edit. *suprac. col.* 1149. inscribitur: *de Synodis seu de Fide Orientalium.* Lubet adscribere ingressum, qui in *Mss.* multum variat: *Dominis et Beatissimis Fratribus et Coepiscopis prouincię germanię primę. et germanię secundę. et primę belgicę. et belgicę secundę. et lugdunensi primę. et lugdunensi secundę. et prouincie aquitanię. et prouincię nouem populane et* (*ex* erasum) *narbonensi plebi* (*bus* erasum) *et clericis tholosanis. et prouinciarum brittaniarum episcopis* &c. Extrema: *opto Fratres karissimi.* Vide et Cod. CCV.

VII. demum et quidem fol. 141. p. 2. occurrit *Prologus in vitam Sancti Hylarii episcopi et confessoris. Domino Sancto et meritis Beatissimo patri pascentio pape. fortunatus. Religiosi pectoris studio sollicitante commonitus* &c. Vita haec II. Libris constans, et in edit. *Paris.* inter Prolegomena *col.* CXXVII. exhibita in *Cod.* nostro deest. Vide, quae *Constantius* ibi de *Fortunato* et *Pascentio* disputat. Nobis coronidem imponit Anonymi *Sermo in festiuitate Sancti Hylarii episcopi et confessoris*, brevis et hujus exordii: *Quoniam Dilectissimi sanctorum solempnitates digna memoria celebrare studemus. debemus procul dubio imitari quos colimus.* Finis: *quatenus cristo largiente. ipsoque pro nobis sancto intercedente mereamur in celestibus digni eius inveniri consortio. In Secula Seculorum Amen.* Sermonem hunc si vidissent *Constantius* et *Bollandus* ad diem XIII. Jan. fortasse Sermoni *Petri Damiani de Translatione B. Hilarii* adjunxissent; *Codex* itaque noster, cum hac de caussa, tum propter lectiones differentes conferri ab eo merebitur, qui novam olim Operum *Hilarii* editionem post *Veronensem* an. 1730. quae mihi

nunc